Ꝟ. n. II, 118.
h. 27, 7.
X 1876133
II k 1932

C. D.

DE

# COPIIS AUXILIARIBUS STATUUM IMPERII,

## Von der Reichs-Hülffe/

PRÆSIDE

DN. PETRO MÜLLERO, JCto,
CONSIL. SAXON. ET PROF. PUBL.

diſputabit

AD D. APRIL. CIↃ IↃC LXXXV.

AUCTOR

MARTIN Schirmer / HALL. SAX.

JENÆ
Typis KREBSIANIS.

de Copiis Auxiliaribus Statuum Imperii. Vol. XXIX. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0001-3
DFG

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

# CONSPECTUS MATERIÆ.

Theſ. I. *Summis Principibus omni jure poteſtas bellum gerendi armisq; ſe defendendi conceſſa eſt.* II. *Arma & Leges ſunt fulcra Reipublicæ:* III. *Scopus Regum atque Principum duplex ſolet eſſe, nimirum fines regionum ſuarum vel proferre, vel eosdem tueri. Quo collimat graviſſimum votum ſplendidiſſimi Legati Elector. Brandenburgici in Comitiis modernis de Securitate Imperii datum.* IV. *Inde factum, ut in Imperio Romano Germanico exercitus fuerit conſtitutus, quem vocamus Exercitum Imperialem,* das Reichs-Kriegs-Heer. V. *Quid ſint copiæ auxiliares.* VI. *Differunt a ſubſidiis pecuniariis.* VII. *Si Statum Imperii dixeris, excluſi intelliguntur omnes, qui non bona immediata habent ab imperio.* VIII. *Imperator æquè ac Status de ſalute Imperii ſunt ſolliciti.* IX. *Juſtum eſt auxilia conferri.* X. *Ingruente bello Imperator Status ad Comitia vocat.* XI. *Poſteaquam Status ſemel inter ſe de mittendis copiis convenerunt, nulli Statuum modum hunc in ſubſidia pecuniaria mutare licet.* XII. *In modernis Comitiis Status Imperii in puncto tributorum ad bellum Turcicum conferendorum optimè rebus ſuis conſulunt.* XIII. *Quis Exercitui Imper. præſit.* XIV. *Etiam extra Comitia neceſſitate ita efflagitante Imperator expetit copias auxiliares. Referuntur literæ imperiales.* XV. *Denegantur interdum Imperatori auxilia.* XVI. *Poſſunt Principes ac Status Imperii non ſolùm in Imperii univerſi ſalutem, ſed in propriam quoque conſcribere milites.* XVII. *Status poſſunt fœdera contrahere ſine conſenſu Imperatoris.* XIIX. *Poſſunt etiamcum exteris fœdera facere, modò non ſint contra Imperatorem. Imperator vero ſuper negotiis Imp. absque conſenſu ſtatuum*

 hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0003-3

*hoc non poteſt.* XX. *Imò, certis in caſibus, iisque extremis, contra ipſum Imperatorem.* XX. *Fides ſervanda eſt maximè in fœderibus.* XXI. *In omnibus confœderationibus excipiendus eſt Imperator.* XXII. *Magna opus eſt cautione in confœderationibus.* XXIII. *Pro rata facultatum copiæ auxiliares exhibentur.* XXIV. *Inæqualitas, quando unus plus, quàm alter gravatur, eſt diſcordiæ inductiva. it. de incertitudine matriculæ.* XXV. *Quod nullus in futurum a collectis Imperii eximi debeat, Cæſar & Proceres in Comitiis decreverunt.* XXVI. *Status miſſas copias ſuis ſumptibus alunt, niſi cum Imperatore aliter conventum ſit.* XXVII. *Bellum publico nomine & ex Comitiali conſenſu inceptum, pace quoque publico nomine atque comitiali conſenſu ſancita debet finiri.*

## I.

QUamvis optandum ſit, ſi per depravatos hominum mores liceret, ſe ſuaque poſſe juſtitia tueri atque invocare leges. Attamen, cum has ſæpe timor opprimat, iſta verò non raro in armis poſita ſit, ſummis Principibus omni jure poteſtas bellum gerendi armisque ſe defendendi eſt conceſſa. Provocabat jam olim ad arma Germanicus, furentesque & omnis humani juris violatores his terrebat, dum ita cœpit: *Non mihi uxor aut filius patre aut Rep. cariores ſunt: ſed illum quidem ſua Majeſtas, Imperium Romanum cæteri exercitus defendent.* Tacitus *1. Annal. 42.* Enim verò, quid faciendum ei putabis, qui ditiones per vim amiſſas ab hoſte repetens id acciperet reſponſi, cujusmodi Bajazethes Legatis Sigismundi Imp. Bulgariam ſibi reſtitui jubentis dediſſe ſcribitur. Quæritis, quo jure Bulgariam occupem? hoc, *inquit*, monſtrato exercitu ad pugnam inſtructo. Proinde, ſi Imperator veſter meliori jure ſe niti exiſtimet, prodeat, ac libellos ſuos exhibeat, ſpero me tales cauſæ meæ patronos producturum, qui tabulis ejus per omnia probe ſatisfaciant. Pont. Heuter. *l.3. Rer. Burgund. c.2. p.55.*

Igi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0004-9

II.

Igitur Imperatoriam Majeſtatem & armis decoratam & legibus oportet eſſe armatam, ut utrumque tempus & bellorum & pacis rectè poſſit gubernari. Juſtiniã. *in proœm. Inſt.* Namq; neceſſe eſt habere arma ad imperiũ propter eos, qui parere nolunt, & adverſus eos, qui extrinſec9 injuriam facere aggrediuntur. *Ariſtot. 7. Pol. c. 8.* Imo, ſi tollas arma, removeas militem, diſciplinam negligas: mox aut per ſe regnum concidet, aut in prædam cedet finitimis. Ad regni Majeſtatem conſervandã non tam diadema aut ſceptrum prodeſt, quàm ferrum. Fruſtra illo caput ornes, hoc dexteram, niſi gladio accinctum ſit latus, niſi ferro muniatur, debile ac mancum fuerit omne Imperium. Busbeq. *de re mil. contr. Turc. p. 354.* Nulla alia re videmus Populum Romanum orbem ſubegiſſe terrarum, niſi armorum exercitio, diſciplina caſtrorum uſuque militiæ. Veget. *de re mil. c. 1.* & Claud. Cotereus *de jur. & privil. milit. l. 1. c. 1.* ita conjuncta ea eſſe adfirmat, *ut ex armis jus vires colligat, & armata cohors legibus condecoretur.* Ut rectè Imperator Juſtinianus *in Conſtit. d. Juſtinian. Codice confirm. in principio* dixerit: *Reipubl. tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcil. atque legum veniens, vimque ſuam exinde muniens felix Romanorum gens omnibus gentibus dominari in æternũ efficit.* Hinc eleganter dicit *Ingenioſus* Dn. Rimpler *in Tract.* die befeſtigte Feſtung *part. 3. p. 275.* Die Römer waren anfangs eine kleine Republique, wie ſie ſich nun auf das exercitium der Waffen legten / und die reſolution nahmen ſich zu aggrandiren / ſo gelükkte es ihnen auch dergeſtalt / daß Sie Beherrſcher derer Königreiche und Nationen wurden / bey welchen ſie vormahls wohl in keine conſideration gekommen waren; So lange / als Sie nun in der lincken Hand das Buch / und in der rechten Hand den Degen gehalten / ſo lange haben ſie in gutem Flor geſtanden und ſind formidiret geweſen; So bald ſie aber angefangen den Degen beyſeit zu legen / und die Bücher in beyde Hände zu nehmen / haben ſie die erſte Maxime begunt zu vergeſſen / darum ſie dann nicht nur allgemehlich in Sicherheit / ſondern auch hernach in Uneinigkeit / und endlich durch Kriege zerſtreuet / gar in ſolche extremität zerfallen / daß ſie auch ihren lang geführten Scepter derjenigen Nation überlaſſen / welche Sie voriger Zeiten darunter zwingen / aber doch nicht bezwingen mögen. Ut veriſſimum ſit: Iſtorum alterum (i. e. tam arma, quàm leges) alterius auxilio

 ſem-

ſemper egere, & tam rem militarem legibus in tuto collocatam eſſe, quàm ipſas leges armorum præſidio ſervatas eſſe. Imò omnibus perſpicuum eſt, quod militaris quidem res ſi ſola & per ſe conſiſtat, ultra quam decet, efferatur audacia: civilis verò, niſi admiſtum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate careat, utrumque verò ſi in idem cum altero concurrat, omnium perfectiſſimum ſit & abſolutiſſimum, quodque tam ad gerendum bellum, quàm ad tuendam pacem ſufficiat, verba ſunt Imperat. *in Conſt. de Cod. Juſtin. & Novell. 26. c. 1. in fin.*

III.

Solet autem Scopus Regum atque Principum eſſe duplex: nimirum, fines regionum ſuarum vel proferre, vel eosdem tueri. Ibi militia atque armis opus eſſe, quis non videt, cum omnia, quæ vi acquirimus, armis acquiramus. Nemo enim alteri imperium volens concedit. Sall. *Or. I. de Rep. ord.* Hîc verò illis carere poſſe nullus affirmabit, tum propter metum vicini & vitandum contemptum, tum propter hoſtium depulſionem. Unde Machiavell. *in Princip. cap. 14. Principatus,* ait, *amittendi prima cauſa diſciplinæ militaris neglectus*; & Tacitus *Hiſtor. IV.* Nec *quies gentium ſine armis nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* Militiæ quippe defectus vel animum ſua repetendi, vel eventum victoriæ tollit, rei naufragio. Id quod vel Germania præſenti & ante actis teſtatur ſeculis: nec minus Respubl. Veneta (vid. Antonius Maria Gratianus à Burgo ſ. Sepulchr. de bell. Cyprio *per tot. præſertim pag. 314.*) imo & Hungaria (Deſcription. Imper. Turcic. *in Solym. pag. 112.*) ne attonitum luctum & cineres Orientis revolvam (conf. Laonic. Chalcocondyl. *d. Reb. Turcic. lib. VI. VII. VIII.*) ait Auctor libelli, cui titulus; *Mars Germaniæ Perpetuus part. 1. c. 2. th. 2.* Et fulcra certiſſima Imperii noſtri eſſe *concordiam* ac ſimul *ſtudium armorum* in comitiis Ratisbonæ durantibus prudentiſſime diſſeruit SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGENSIS, DOMINI MEI

LON-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0006-9

LONGE CLEMENTISSIMI Legatus Excellentiſſimus in voto intuitu Principatus Halberſtadienſis d. 17. Aug. Anno 1663. dato, hunc in modum dicens:

Betreffende den anitzo vorkommenden punctum Securitatis Imperii, ſo verhofften S. Churf. Durchl. man würde deroſelben im Heil. Röm. Reich das Zeugniß geben / wie ſie iederzeit ſich höher und mehr nicht angelegen ſeyn laſſen / denn daß die Ruhe und der ſo theur erworbene Friede ohne einiges andere Abſehen darinnen erhalten werden mögte: Und hätte S. Churf. Durchl. kein zulänglicher und ſicherer Mittel finden können / denn daß zuforderſt im H. Röm. Reich zwiſchen Haupt und Gliedern ein rechtes und höchſt nöthiges Vertrauen und Verſtändniß geſtifftet und befeſtiget würde / und hätten auch zu keinem andern Zweck alle dero conſilia und Actiones gerichtet / möchten aber nicht eigentlich wiſſen und ſagen / woran es ſich bißanhero geſtoſſen / befinden aber dieſes bey ſich / daß ſo lange im Reich ſelbſten zwiſchen denen Gliedern / und dem Haupt und den Gliedern unter ſich ſelbſt ohne Anſehen und Unterſcheid der Religion ein rechtes Vertrauen geſtifftet / alle factiones, ſtudia und Mißtrauen auffhöre / an der ſecurität des Vaterlandes vergeblich und ohne Effect gearbeitet würde. S. Churf. Durchl. wären erbötig / und wolten es ferner in der That mit Gottes Hülffe beweiſen / daß ſie ihrem Keyſer / zumaln dem gegenwertigen / welchem durch aus nicht das geringſte zu imputiren oder beyzumeſſen / daß er einigen Stand betrübet / oder zur Weiterung Urſach uñ Anlaß gegebē / allen ſchuldigen Reſpect leiſten / und gegen alle und iede Ihren Herren MitChurfürſten / Fürſten und Stände dergeſtalt beytragen wolten / wie es einem getreuen und redlichen Gliede des Vaterlandes gebühret / und die Grundgeſetze und andere des Reichs conſtitutiones und nebenſt ihnen des H. R. Reichs Ehre / Würde / Ruhe / tranquillität und Friede / ſamt der vor dieſen erworbenen Reputation, præeminentz und glori manuteniren und nach euſerſten Kräfften und Vermögen vertreten helffen. Nechſt dieſem und vors andere gehörete zur Securität des Reichs / daß daſſelbe mit allen Benachtbarten in

gutem

gutem Verſtändnis ſtünde und bliebe/ unter denen benachtbarten nun wäre die Cron Franckreich und Cron Schweden die Vornehmſten/ wann nun der mit denenſelben auffgerichtete Friede beſtändig gehalten/ und das jenige/ was beyden aus obgedachten Frieden zukömt/ und würcklich tradiret / gelaſſen werde/ ſo hätte es mit beyden gedachten Cronen ſeine gute Richtigkeit/ und würden ſie auch an ihrem Orthe nicht weniger den Frieden unverbrüchlich zu halten geneigt ſeyn. **Fürs dritte/** ſo beſtünde die Sicherheit des Reichs auch darinnen / das ſich das H. R. Reich von niemand zu nahe treten lieſſe/ oder gar zu viel lidte/ dann auf die Weiſe kähme es in Verachtung/ würde man ſich aber einmahl und einmüthig des Vaterlandes intereſſe angelegen halten/ und daſſelbe mit Nachdrukk ſecundiren/ ſo würde ſich auch wohl hernach einer und der ander bedencken/ daſſelbe zu laceſſiren. **Fürs Vierdte/** ſo hätte man nun über 100. Jahr biß gegenwärtiger Zeit an einer guten Ordnung / wie nemlich ein Creyß dem andern / oder ein Stand dem andern in Nothfall aſſiſtiren und mit Hülff erſcheinen ſolte / gearbeitet / man hätte aber gleichwol kein beſſers finden können/als das fundamentum, welches in der executions-Ordnung vom Jahr 1555 enthalten / S. Churf. Durchl. hätte auch wol ſo viel wahr genommen und in der That erfahren / daß es nicht ſo ſehr an guter Ordnung / als an denen jenigen ermangelt / welche denenſelben Ordnungen ein Genügen thun/und denen ſelben nachkommen wollen / geſtalt man ſich daher ſo wenig auff die allgemeine Reichsverfaſſung / Executions-Ordnung und was darauf mehr erfolget / als auf die particular-Verſtändniß / Vereinigung / Erbverbrüderung und dergleichen zu verlaſſen gehabt/würde demnach vorneml. dahin zu arbeiten ſeyn/daß nach Anweiſung der Executions - Ordnung die Sache vorgenommen/was in der Executions-Ordnung nicht zureichend/verbeſſert / was mangelhafft/ hinzugethan/ und abſonderlich darauf das Abſehen gerichtet werde / damit der Ordnung / welche gemacht und beliebt / ein rechter Nachdruck gegeben werde / damit der bedürffende Stand darauff ſich allen Nothfall verlaſſen/und darauff Staat machen könne. **Fürs Fünffte** würde

nöthig

nöthig ſeyn / das Haupt und Glieder alle ihre conſilia einzig und allein auf das H. R. Reich und deſſelben wahren intereſſe wendeten / und ſich davon durch kein fremdes Abſehen / es ſey auch daſſelbe / wie es wolle / abwendig machen laſſen. So würde auch **fürs ſechſte** nicht undienlich / ſondern zu Sicherheit des Reichs nöthig ſeyn / daß ein perpetuus miles im H. R. Reich unterhalten würde / welcher nicht ſo ſehr in numero, als in robore und in geübten und tapffern Soldaten und Officierern beſtünde / und dieſelbe ordentlich und ohne Abgang beſoldet würden / und dieſe letztere ſecuritatis media alle würden ſich leicht finden / wenn nur das erſte ſeine gute Richtigkeit hätte. Dieſes wären S. Churfürſtl. Durchl. treugemeinte general-Gedancken für die Sicherheit des Vaterlandes / wolten die übrigen gleichfalls vernehmen / und an ihren Orth alles getreulich beytragen helffen.

IV.

Inde factum, ut in Imperio Romano-Germanico Exercitus fuerit conſtitutus, quem vocamus *Exercitum Imperialem* das Reichs-Kriegs-Heer / qui impetus hoſtiles amoveat, fineſque Imperii tueatur. Et cum plerumque Imperatori atque Imperio in auxilium mittatur, dici etiam ſolet Reichs-Kriegs-Hülffe / R. I. Auguſt. A. 1582. §. **zum erſten welche** item Hülffs-Völcker / Reichs-Hülffe / Reichs-Volck. **Ordn. des Regim.** A. 1500. zu Augſp. aufgericht. *tit.* **wo dem Reich** *p. 42.* item die Reichs-Armee / der Röm. Keyſerl. Maj. und des H. R. Reichs Kriegs-Heer / **Prag. Fried.** anno 1635. §. **zu deſſen allen würcklichen.** R. A. zu Regenſp. de A. 1641. §. **bey den andern Punkten.**

V.

Sunt igitur Copiæ Auxiliares *exercitus a Statibus Imperii occurrente publica neceſſitate Cæſari & Imperio in ſubſidium miſſi ad tuendum Imperium.*

VI.

Differunt ſic *à ſubſidiis pecuniariis*, quæ etiam Imperatori in auxilium mittuntur. R. A. zu Sp. de A. 1544. §. **Und damit nun ſolche Hülffe**, Limn. *I. J. P. IV. c. 7. n. 50.* & vocantur

Reichs-Steuer/ Reichs-Anlag/ Reichs-Hülffe/ in ſpecie verò Geld-Hülffe/ R.A. *de A.*1566.§.40 **und ſol ſolche Geld-Hülffe.** Sæpe enim militem ipſum requirunt. R.A. zu Sp. de A. 1576 §. Jm ſelben Speyeriſchen. R.A. zu Worms de A.1521.§. item haben wir uns weiter mit gedachten Ständen/ uñ ſie wiederum mit uns ſich vertragen/ vereinigt und verpflicht/ daß ſolche ihre Hülffe mit Volck zu Roß und Fuß/ und nicht mit Geld geſchehen ſoll. *Vid.* Sleidan. l. 8. item R. A. zu Regenſp. de An. 1532. §. Und damit.

VII.

Dixi: *à Statibus Imperii,* ubi omnes excluduntur, qui nō bona immediata habent ab Imperio, diejenigen ſollen nicht in des Reichs Hülffe gezogen werden/ welche dem Reich ohne Mittel nicht zuſtändig/ oder auch nichts vom Reich haben/ welches allen Rechten und der Vernunfft gemeß/ auch ohne Zweifel darům verordnet iſt/ daß die Keyſerlichen Fiſcal ſich ie zu Zeiten unterſtanden haben Prælaten/ Grafen/ Herren und andere mit Proceſſen in die Reichs-Hülffen zudringen/ ſo doch ohne Mittel dem Reich nicht zugehörig/ auch vom Reich nichts zu Lehn haben. Hortled. *de Cauſ. Belli Germanici n. 37. p. 1190.* vid. Gail. *l. Obſ. 21. n. 2.* Paurm. *l. de Jurisd. c. VI. n. 2. & ſeqq.* Stephan. *l. 2. de Jurisd. p. 1. c. 4. n. 27. & ſeqq.* add. D. Præſes *in tractat. d. Conventibus Circulorum,* **von Kreyß-Tägen** *cap. 2.*

VIII.

Eſt igitur Imperator, tanquam caput & adminiſtrator totius Imperii Romano Germanici de Imperii ceu corporis ſalute protegenda ſollicitus, cùm Imperialem ſolertiam cumprimis deceat totius & univerſi curam gerere, ut imperii utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus illæſus conſervetur, *cap. 1. d. prohib. feud. alien. per Frider.* Quod etiam ipſi Imperatores de ſe profitentur, qui paterno affectu dicunt ſe proſequi Imperium & ejus cives R. I. *de A. 1548.* in pr. ibi: Aus ſonderlicher Väterlicher Liebe/ Treu und Zuneigung R. I d. an. 1555. §. Demnach. & de ann. 1654. *in pr.* Capitulat. *Imper. Leopold. art. 13.* & paſſim. ſed faciunt hoc ipſum etiam membra, h. e. Status Imperii, die Stände des

Reichs

Reichs. Etenim, quo majus eſt Imperium, eo majoribus opus habet amicis, majorique cura opus eſt illud bene obtinere. Huc reſpicientes non ſolum Electores, qui velut columnæ proceres ſacrum hoc ædificium Imperii circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, & quorum præſidio (h. e. ut Germanica verſio habet mit welcher Hülff) dextera Imperialis potentiæ roboratur, *A. B. c. 3. §. 1.* ſed & multi Principum cæterique Status ſummo ſtudio laborarunt, quo ſalus Imperii conſervetur. Scilicet virtus unita longe potentior, indeque ad conſervationem tanti corporis multo utilior magisque frugifera eſt, quam diſperſa & ſingularis. Patricius. *l. 1. d. Reg. tit. 13.* Melchior Junius *quæſt. polit. 4. rat. 5.* Sicuti Scyluri tela ſatis ſuperque docent, quanta difficultate conjuncti faſces rumpantur. Paulus Jovius *lib. 32. Hiſtor.* de Germanis laudatiſſime refert, eos mutua ope & ſanctimonio liberalis amicitiæ jure ſe ipſos ab injuria potentiorum facile defendiſſe. Spectat huc eximie quod habet *Autor* der Grundfeſte des H. Röm. Reichs *pr.* non eſſe dubitandum, daß / gleichwie nach der Prophetiſchen Weiſſagung dieſe vierdte Monarchie / oder höchſte und für andern mit Macht und Herrligkeit gezierte Reſp. biß ans Ende der Welt verbleiben und beſtehen wird / alſo auch ihre heutige / gegen voriger zwar gantz geringſchätzige Macht genugſam ſey / aller auswertig zuſtoſſenden Gewalt zu wiederſtehen / und denen fremden Königreichen oder Herrſchafften eine Furcht einzujagen / wann nur deren Glieder und Stände in Fried und Einigkeit / gutem Vertrauen / und gemeinnützigen Abſehen / hindan geſetzet alles Eigennutzes zuſammen halten. *Vid. ſupra Th. III.* egregium Electoris Brandenburg. Legati votum.

IX.

Jure optimo conferenda ſunt in cauſa communi, quæ Statum publicum concernit, auxilia & ſuppetiæ ferendæ, quod naturæ optime congruit, quæ ideo homini non unam, ſed duplices manus, non unam ſed binas aures, non unum, ſed geminos oculos tribuit, ut melius ſcilicet propagaretur officium, quod duorum ſocietate complere oportuit. Caſſiod.

ſiod. *Ep. l.3.* Melchior Junius *quæſt. pol. 74.* Imperium ſine tributis ſtare nequit; & propterea DEUS dedit opes, ut ad proximi utilitatem, religionis conſervationem & publicam rem defendendam adhibeantur, quod eleganter innuit Chryſoſtomus *in Pſalm. 134.* Dextras, *inquiens*, a DEO habemus, ut & nobis ipſis & aliis injuria affectis opem feramus, ut ſcelera de medio auferamus, & his, quibus violentia & detrimentum affertur, portus ſimus, ſicque conſervetur humana ſocietas.

X.

Ingruente itaque bello Imperator Status ad Comitia vocat, dann ſie ſeynd des Reichs Hülffsgehörige. R. A. zu Speyer *de An. 1544.* §. **Und damit nun ſolche Hülff.** cauſasque proponit, quibus motus fuerit, auxilia ab eis poſtulandi. Nam his omiſſis non tenentur auxilio adeſſe. Vid. Keyſer Maximiliani und der Churfürſten und Stände Handlunge A. 1509. apud Goldaſt. in Politiſchen Reichshändeln / ubi etiam videre licet, quando cauſæ nō ſatis graves fuerint, illi denegata fuiſſe auxilia. Deliberant igitur Status de iſtis cauſis, & ſe ad ſuas claſſes conferunt, ubi conſultant, an neceſſitas poſtulet, ut auxilia ſua Imperatori mittant. Verum enim vero, quantum temporis & ſumtuum ad deliberandū requiratur, nemo fere eſt, quem lateat, emergente tamen neceſſitate communi ſuffragio voto Imperatoris plerumque ſolent reſpondere. **R. A. zu Regenſp.** *de A. 1527.* **§. darauff alſo zwene Weg.** *de A. 32.* **§. es haben uns** *& ſeq.* zu Speyer *de A. 1542.* **§. derowegen und in Betrachtung ſolcher unvermeidlichen Nothdurfft** *it.* **§. Und dieweil nun dieſer Anſchlag.** *ibi:* **nothwendig uñ Chriſtlich fürgenommen.** Modum deliberandi quod concernit, in Comitiis Anno 1663. fuit ſequens, nimirum punctus Subſidii Turcici propoſitus, welcher geſtalt nemlich und wie ſtarck man Ihr. Keyſerl. Maj. wieder des Türcken Gewalt ins künfftige eine zulängliche und beharrliche defenſiv- oder offenſiv-Hülffe zu leiſten gemeinet ſey in tria membra ſubdiviſus fuit; & quidem in Quæſtionem *An, Quomodo* & *Quanti.* Poſt varias deinde

de conſultationes concluſum, daß mit der begehrten Hülffe nach aller Mögligkeit an die Hand zu gehen / und daß auch andere chriſtliche Potentaten/Republiquen und Herſchafften / inſonderheit aber/ welche von dem H. R. Reich participiren/uñ demſelben verwand ſeyn / ingleichen die freye Reichs-Ritterſchafft zuſamt den Hanſee-Städten zur Mithülff und Beyſprung zu erſuchen ſeyn / So viel aber des H. Röm. Reichs eigene Hülff belanget/nachdem einiger Stände Geſandſchafften ſich in ihren votis zur **Volck-Hülffe** erkläret / (Elector enim Moguntinus, Colonienſis & Bavariæ obtulerunt tunc temporis militem; Elector vero Saxoniæ, Brandenburgenſis & Palatinatus Rheni pecuniam, Trevirenſis Legatus propter defectum ſpecialis mandati fuit indifferens) So ſeynd dieſelbe auch nochmals darbey geſtanden/iedoch die mehrere in den 3. Reichs-Räthe ſich dahin erkläret / daß uff mehr gedachten Fall der Türckiſchen Ruptur uff allerhöchſtgedachte Käyſerl. Majeſt. von dem Röm. Reich mit einer der bevorſtehendẽ Noth und Gefahr zulänglichen **Geld-Hülffe** an Hand zu gehen ſey. *vid.* **Erſter Auffſatz des Reichs Gutachten** *dictirt* **am** *20. Febr. A. 1663.* Poſtmodum vero in dem verbeſſerten Auffſatz des Reichs-Gutachtens/wie ſolcher den 24. Jan. 1664. dictiret, den 5. Febr. ſt. n. Jhr. Käyſerl. Majeſt. übergeben worden. Status certam quantitatem auxilii determinarunt, ſc. ut Triplum, juxta matriculam, copiarum militarium mitteretur.

X.

Poſtea vero quam Status Imperii ſemel inter ſe de mittendis copiis convenerunt, nulli eorum modum hunc in ſubſidia pecuniaria mutare licet. **R. A. zu Worms** *de A. 1521. §. item* **haben wir uns weiter.** *ibi*: daß auch keiner der angezeigten Hülff/ wie ihm die zu Roß und Fuß nach laut des Anſchlags hie auffgelegt / erlaſſen / deshalb auch mit ihnen durch uns ſelbſt noch iemand anders nicht dingen ꝛc. **R. A. zu Regenſp.** *de A. 1532.* §. **Und damit ſolcher.** *ibi*: daß ſolch eilend Türcken-Hülff durch alle Ständ ſamt und ſonders/an Leuthen und nicht an Geld geleiſtet werden ſoll/mit dieſem Zuſatz/ welcher ſeine Hülff nicht an Leuthen / ſondern in ander Weg / wie



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0013-9

die wären / dadurch die Anzahl des Reichs Kriegsvolcks geringert werden möchte / zu erſtatten vermeint / daß der oder dieſelben dieſen Abſchied nicht gelebt / und üm die Straffe im Augſpurgiſchen Abſchied verleibt / wieder ſie durch den Fiſcal procedirt werden / darwieder denn oder dieſelben keine Freyheit oder Befehl fürtragen. Quare in comitiis A. 1492. Confluentiæ habitis graviter ſunt conqueſti: Nachdem bisher von alters im Reich herkommen / daß die Stände alle Hülff an Volck geleiſtet / daß bey Regierung des Keyſers dieſe Neuerung eingeſchlichen / daß man die Anſchläg uff Geld geſetzt / und wenn man Volck bewilliget / daß Keyſerl. Maj. von Chur- und Fürſten / desgleichen Grafen und Städten an ſtatt des Volcks eine Sum̃ Geldes empfangen / und dergeſtalt die Hülffe verkaufft und mit dem Gelde kein Volck beſtellet / daher die Bewilligung unnütz und unerſchießlich geweſen. Lehmann *Chron. Spir. l. 7. c. 121.*

XII.

Optime proinde Status Imperii in modernis comitiis in puncto tributorum ad bellum Turcicum A. 1664. conferendorum rebus ac rationibus ſuis providiſſe atque conſuluiſſe notat Burgold. *in Not. Rerum Imperii Rom. Germ. p. 3. diſc. 7. m. 1. §. fin. loco pecuniæ ab Imperatore flagitatæ milites offerentes.* Præterquam enim, quod hoc modo ingentem nummorum ſummam (quæ ob alias rerum difficultates eo tempore erat eroganda) non erogarũt, ſimul etiam in condirectorium belli Turcici realiter venerunt, atque ita *§. Gaudeant. 8. Inſtr. P.* quoad belli jura prudentiſſime expenderunt. Monzambano putat, eo ipſo pacem deſtinato citius cum Turcis coiviſſe. *de Stat. Imp. Germ. c. 5. §. 2.*

XIII.

Cum vero Exercitus ſine Duce ſit corpus ſine ſpiritu, Status Imper. eo inprimis allaborant, ut fortis & prudens belli dux exercitui præficiatur, idq; fiat communi omnium Ordinum ſuffragio. *Vid.* Limn. *in annot. ad Art. XV. Capitul. Ferdinandi III. verb.* **keiner andern Nation.** Hinc A. 1500. Albertus Comes Palatinus Rheni & utriusque Bavariæ generalis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0014-4

neralis ac ſummus belli dux creatus eſt, iſt von der Verſamlung zu einem gemeinen Hauptmann des Reichs erwehlet. R. A. zu Augſp. *de A. 1500. tit.* des Reichs Hauptmann betreffend. Ipſemet quandoque Imperator exercitui præeſt, uti inſigne exemplum habemus in Ferdinando Rege Rom. R. A. zu Regenſp *de A. 1557.* alsdann ferner. Interdum Imperatori committunt, ut ipſe eligat ducem. R. A. zu Regenſp. *de A. 1541.* §. Und dieweil Uns. Reichs A. zu Speyer *de A. 1542.* §. als nun aber. R. A. zu Augſp. *de A. 1566.* §. nachdem ferner. R. A. zu Regenſp. *de A. 1567.* §. So halten. approbantibus tamen ſtatibus, uti in comitiis A. 1541. factum, ubi Comiti Friderico de Fürſtenberg Imperium deferebatur. Ipſe dux una cum reliquis officiariis & militibus Imperio juramento eſt obſtrictus, R. A. *de A. 1500. tit.* von Soldner Eyd / *tit.* des Hauptmanns Eyd. *tit.* der Unter Hauptleuth Eyd. R. A. *de A. 1541.* §. und dieweil uns. R. A. zu Augſp. *de A. 1530.* §. demſelben Hauptmann. & adjunctos habet conſiliarios à Statibus Imperii electos R. A. zu Augſp. *de An. 1500. tit.* von 6. Räthen dem Hauptmann zugegeben. *Item de An. 1530.* §. demſelben Hauptmann / niſi ſpecialiter iſta Electio Imperatori fuerit commiſſa. R. A. zu Regenſp. *de An. 1541.* §. demſelben Oberſten Hauptmann. *de A. 1542.* zu Speyer. §. und dieſem oberſten Hauptmann. *de A. 1557.* §. So ſeynd von wegen. *Vid.* Limn. *Annot. ad Art. XI. Capitul. Caroli V. verb.* der Reichs Stände / ubi pluribus de ſingulis belli actibus agit. Vnicus verò generalis debet eſſe dux, & quidem Germanus R. A. zu Augſp. *de A. 1500. art.* des Reichs Hauptmann betreffend. *de A. 1541.* §. und dieweil uns Churfürſten. *Capitul. Ferdinandi III. art. 15. Leopold. art. 40.* unum enim Imperii corpus unius animo regendum eſt. Tacit. *1. Annal. 12.* Particulares exercitus Duces a circulis conſtituuntur R. A. zu Augſp. *de A. 1530.* §. damit aber dennoch. Salarium denique tam Duci, quam cæteris Officiariis & militibus gregariis ab Imperio conſtituitur, R. A. zu Regenſp. *de An. 1557.* §. und haben wir. Quantitas ſalarii in R. A. *de An. 1500.*

§. was

**§. was man dem Hauptmann zu Sold geben ſoll.** exponitur, & fuit tunc temporis quovis menſe 1300. fl. In comitiis noviſſimis An. 1664. d. 26. Martii fuit concluſum, daß zu einem Reichs-Feld-Marſchall mit Monatlicher gage von 1500. fl. Herr Marggraff **Leopold** zu Baden auff und anzunehmen.

## XIV.

Accidit quandoque, ut Imperator auxiliares copias evocet a Statibus Imperii, antequam plene cum his ſit deliberatum, idque ob præſentiſſimam calamitatem, quæ procraſtinationem non permittit. Sicuti pro calamitoſa rerum præſentium facie INVICTISSIMUS IMPERATOR NOSTER ad Status literas copiarum auxiliatricium ergo haud ita pridem miſit, ſequentis tenoris:

### **Leopold**/ V. G. Gn. erwehlter Röm. Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc.

**HOchgebohrner lieber Oheim und Fürſt**/ Es iſt Dero Liebden ohne weitläufftiges Anführen überflüßig bekant/ welcher geſtalt wir mit dem Friedbrüchigen Erbfeind/ dem Türcken/ in einen blutigen Krieg verwikkelt ſtehen. Ob nun zwar durch Gottes Allmächtige Hand im vorigen und dieſen Jahre deſſen Hochmuth in etwas geſtürtzet/ daß er in unterſchiedenen glükklichen Treffen aus dem Felde geſchlagen/ ihm auch einige feſte Plätze durch unſere und unſerer Bundsverwandten ſieghaffte Waffen abgetrungen worden/ Jedennoch ſtehen wir billich in Sorgen/ und geben es die von allen Orthen erſchallende Nachrichten/ es werde dieſer hochtrabende Feind den erlittenen Schimpff und Schaden ſeiner Tyranniſchen Arth nach mit aller grauſamen Gewalt/ durch Feuer/ Schwerd und Wegführung der armen Chriſten in die elendigliche Dienſtbarkeit/ zu rächen nichtes unterlaſſen wollen/ Allermaßen deſſen überſchwengliche Macht Zeithero nicht alſo geſchwächet iſt/ daß er nicht ein erſchreckliches Kriegsheer aus ſeinen durch die gantze Welt ausgebreiteten Königreichen und Landſchafften zuſammen zu ziehen und die geſamte Chriſtenheit aus eingepflantzten Haß und blutdürſtiger Rachgier zu überſchemmen vermöchte/ wann dieſen barbariſchen ungezweiffelten Beginnen durch Chriſtl. Zuſammenſetzung nicht geſteuret werden ſolte. Nachdem wir nun bis hieher unſere euſerſte Kräffte angeſtrekket/ und die Laſt eines ſo grauſamen Krieges ſchier allein getragen/ mithin aber unſere Erb-Königreiche und Lande in ſothan betrübten Zuſtand gerathen/ daß wir mit unſer alleinigen Macht einen Türckiſchen Vorbruch kaum gnugſam abkehren köñen. So geben dero Liebden zuermeſſen gnädigſt anheim/ in was vor deſolation, Elend und Jammer nicht allein unſere Erb-Königreiche und Lande/ ſondern auch die mit denenſelben angräntzende Reichs-provintzen ohnfehlbar verfallen müſten/ Erſuchen demnach dero Liebden ſie wol-

len

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0016-5
DFG

len alles dieſes der hohen Wichtigkeit und dero Chriſtl. Eyfer nach/wohl erwegen/ damit gleichwie ſelbige für des gemeinen Vaterlandes Ruhe und Sicherheit zu ihrem ſtets wehrenden Nachruhme und ihrer ſelbſt eigenen Wohlfarth/ſich recht patriotiſch erzeiget/ und unſere Väterliche Obſorge nachdrücklich ſecundiret/ ſie die Waffen bey noch nicht durch die guarantie ſtabilirten 20. Jährigen Stillſtande keines weges ablegen/ weder durch derley Entlöſſung denen Fremden zu neuer Vergewaltung Urſache geben/ſondern in denen mit uns errichteten und heilſam befundenen Bündniſſen ohne Abdanckung derer Zeithero auff den Beinen gehabten Mannſchafft/ beſtändig fortſetzen/ inzwiſchen uns ſolche zu einer austräglichen Hülffe in einer nahmhafften Anzahl zu Roß und Fuß/wieder den Türckiſchen Erbfeind in Ungarn/zu ſchicken und unterhalten wolten. Wir unterlaſſen zwar nicht/ inſonderheit nach itzo mittelſt getroffenen Armiſtitii mit der Cron Franckreich hoffendlich erworbenen Ruheſtande im Röm. Reiche von geſamten Churfürſten/ Fürſten und Ständen auf dem fürwehrenden ReichsTage zu Regenſpurg die gewöhnliche Türcken-Hülffe zu begehren/ſtehen aber in Beyſorge/ ob ſolche alſo zeitlich erfolgen werde/wie es die allgemeine Noth der periclitirenden Chriſtenheit erheiſchet. Wir können dahero nicht üm hin von Dr Liebden gnädigſt zu begehren/damit uns von der beyhandenen alten wohlgeübten Mannſchafft auff bevorſtehenden Frühling eine anſehnliche und das ordentliche Reichs-contingent übertreffende Hülffe erſprießen / und die Tapfferkeit dieſer Soldateſca zum Heil der Chriſtenheit/auch unſerer auf der Spitze ſtehender Erbkönigreiche und Lande Rettung vielmehr appliciret/ als mittelſt præcipitirender Abdanckung fremden zu Theile werden können/zumahln wir der gäntzlichen Zuverſicht ſeyn / Dr Liebd. werden uns in dem obſchwebenden Noth-Stande nicht aus Handen gehen / indem wir anbey verhoffen/ daß alle treugehorſamſte Unterthanen das ihrige werden guthhertzig beytragen wollen/das werden um Dr Liebden in ieden Begebenheiten in Keyſerl. Gnaden mit hohen Dancke zu erkennen unvergeſſen ſeyn/wie wir deñ gnädigſt wohl zu frieden/ das alles das jenige/ ſo itzo præſtiret wird/fürohin an denen Reichsverwilligungen gebührend abgekürtzet werden ſolle; In Erwartung willfähriger Erklärung verbleiben Dr Liebden mit Keyſerl. Gnaden und allen guten wohl beygethan. Geben in unſerer Stadt Wien den 25. 8br. 1684.

Leopold

Vt Leopold. Wilhelm
Graff zu Königsegg.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis
proprium

Johann Probſt.

## XV.

Denegantur interdum Imperatori auxilia, uti Imper. Rudolpho in comitiis Ratisb. A. 1597. contra Turcam opem petenti, quidã enim Status damnum, quod regiones propter

 laxa-

laxatam militarem diſciplinam à tranſeuntibus militibus paſſi fuerant, opponebant, id quod etiam A.1557. Imp. Ferdinando fuit reſponſum. Similiter Imp. Maximiliano A. 1500 major pars Imperii Principũ auxiliares copias denegabat & bello Helvetico ob injuſtam belli cauſam ſe implicare nolebat. Heuter. *Rer. Auſtr. l. 5. c. 9. p. 135.* Enim vero, quando nulla Reip. neceſſitas adeſt, aut valde eſt dubia, aut quando auxilia non in neceſſitatem Imperii, ſed tantum in neceſſitatem & utilitatem petentis indicuntur, liberrimo cujusque ſtatus arbitrio relinquitur, velitne copias ſuas mittere, vel non. *vid. omnino Archiepiſcopi Salisburgenſis legati votum plane maſculum in puncto Contributionis Ratisbonæ An. 1640. d. 12. Novembr. datum.*

XVI

Poſſunt vero Principes ac Status Imperii non ſolum in Imperii ſalutẽ milites conſcribere, ſed & in ſuam ac propriam R. A. zu Augſp *de A. 1525. §. 2.* darzu ſollen ſich alle Churfürſten. atque aliorum, more abſolutorum Regum, vigore ſcilicet antiquæ libertatis Germanicæ R. A. *de A. 1570. tit.* Verzeichnis etzlicher ſondern Punkten.

XVII.

Poſſunt etiam fœdera contrahere, adeoque ſine conſenſu Imperatoris alter alteri auxilio adeſſe, cumprimis ad defendendam fidem atque religionem, dazu ſo iſt der Obrigkeit von Gottes- und Rechtswegen in ihrem Amt zugelaſſen defenſiv-Bündniß und Verſtandniß mit andern zu machen / zu Schutz und Schirm ihrer Lande und Unterthanen / und zuförderſt in Sachen die Gott und ſein Wort belangen. v. Hortled. *in Tr.* von U. des T. K. *lib. 4. c. 22. n. 53. p. 594. in 3. Apol. Joh. Frid. contra dupl. Henrici Jun. Duc. Br.* hinc & defenſores & protectores fidei chriſtianæ dicuntur, R. A. zu Nürnberg *de A. 1524. §. 28.* als auch vielgedachte Religio enim eſt verum Reip. fundamentum & adæquatum conſociationis Politicæ retinaculum R. A. zu Augſp. *de A. 1566. §. 3.* wiewohl wir nun auf ſolches *ibi:* daran alle zeitliche und ewige



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0018-5

wige Wohlfarth hanget. At vero pro fide & religione defenſive tantũ licet agere, non offenſive. Religionem enim legitimam eſſe belli inferendi cauſam negamus cum Dietero *de ſumma ſummi Imp. poteſt.* concl. XCVII. ibi: *Quid alii obeſt aut prodeſt alterius Religio? Eccleſia in Rep. eſt, non Reſp. in Eccleſia. Et ſuadenda fides, non imperanda. Vnde illis, quibus ejus cauſa bellum infertur, defenſionem legitimam permittimus, ſive ſubditi ſint, ſive non. Sed proh dolor! Sæpe Religionis cauſa bella geruntur, non quod quis curet religionem, ſed quod in Religionis nomine & velo videat expeditiorem viam ad id, quicquid conceperat animo, perficiendum.* Prætextus tamen hic nimium jam evulgatus eſt, ut novis conſiliis opus ſit ad acquirendum.

XVIII.

Nec tantum inter ſe poſſunt facere fœdera, ſed & cum exteris, copiasque ſuas illis ſubſidio adducere, modo non fiat contra Imperatorem, Imperium, ejusq; pacem publicam. Et quamvis hæc libertas extraneis Regib9 ac Principib9 gratiſſima ſit, præſertim Regi Galliæ, qui in lucro numerat, abſoluta hac poteſtate gaudere Germaniæ Principes, attamen potentia Statuum majorem in modum exinde crevit. Bodinus *lib. 1. de Rep. c. 9.* tradit, jam ſuo tempore Principibus Germaniæ cum Regibus Galliæ quadraginta ſeptem fœdera percuſſiſſe; imo ipſe Ludovicus XIV. A. 1658. Fœderis Rhenani ſocius factus eſt. *vid. Auctor* der Grundfeſte des H. Röm. Reichs *p. 331. 332.* Sprenger. *Inſt. J. P. l. 1. c. 26.* Q. hic, an Imperator ſuper negotiis Imperii absque conſenſu Statuum cum exteris fœdus poſſit pangere? Et Reſp. quod non. Reſtrictus enim eſt tam ad Inſtr. P. *Art. 8. § 2.* ibi: *Gaudeant ſine contradictione Jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, præſertim, ubi Pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam ſimile poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu:* quam ad Capitulationis & quidem noviſſimæ *Art. 10.* ibi: Wir ſollen und wollen auch für uns ſelbſt/ als erwehlter Römiſcher König in des Reichs Händeln keine Verbündniß oder Einigung mit

fremden Nationen/noch ſonſten im Reich machen / wir haben dann zuvorhero der Churfürſten / Fürſten und Stände Bewilligung hierzu erlangt; da aber publica ſal⁹ & utilitas eine mehrere Beſchleunigung erforderte / da ſollen und wollen wir dann der ſieben Churfürſten ſämtliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlſtadt / und zwar auf einer Collegial-Zuſammenkunfft/und nicht durch abſonderliche Erklärung / biß man zu einer gemeinen Reichs-Verſamlung kommen kan / wie ſonſten in allen andern des Reichs Sicherheit concernirenden Sachen/alſo auch in dieſer erlangen. Ex quibus patet, Imperatorem nullum neque cum exteris, neque cum indigenis absque Statuum Imperii conſenſu fœdus inire poſſe. An vero omnium,an quorundam, variatum ſæpius. Juxta Carolinam Capitulationem *Art. 7.* Ferdinandi I. *Art.6* Maximiliani II. *Art.4.* Rudolphi II. Matthiæ & Ferdinandi II. *Art.6.* Electorum ſufficiebat conſenſus, vel unanimis, vel ex majoritate. Adjecit huic declarationem Ferdinandi III. Capitulatio *Art. 7.* de obtinendo ſolum collegialiter conſenſu, excepto caſu publicæ ſalutis ac utilitatis moram neſciæ. Quod poſt in allegato Inſtr. Pac. *Art. 8. §. gaudeant* ſancitum, ut comitiale liberumque omnium Imperii Statuum ſuffragium & conſenſus accedat, iterum in ſubſecutis Capitulationibus Ferdinandi IV. *Art. 7.* & Leopold. *Art. 10.* reſtrictum eſt, quod præſente urgentis publicæ ſalutis ac utilitatis caſu Electorum impetraſſe voluntatem ſufficiat, rejecto cæterorum Statuum ſuffragio ad tempus Comitiis aptum. Ad quod tamen Status An. 1658. ad Capitul. Leopold. monuerunt, daß kein Verbündniß in Reichs-Händeln ohne der geſamten Stände auf einem Reichs-Tag erfolgenden Bewilligung zu machen/auch von dieſer Regel kein caſus zu excipiren/noch unter dem Vorwand einer ob publicam ſalutem & utilitatem erforderten Beſchleunigung/der Fürſten und Stände Bewilligung zu übergehen / alſo der verſ. Es wäre dann daß publica ſalus &c. auszulaſſen. *Auctor* der Grundfeſte *p 3.c.3.* Sprenger *Inſt.J.P.p.158* Quod vero ditiones hereditarias attinet, aliter ſe res habet. Modus

dus

dus diſponitur in Capitul. Leopold. *Art. 10.* ita: Wañ wir auch künfftig unſerer eigenen Landen halber einige Bündniß machen würden/ſo ſoll ſolches anderer Geſtalt nicht geſchehen / als unbeſchädigt des Reichs/und nach Inhalt des Inſtrumenti Pacis. Circa quod bene ratiocinatur Auctor **der Grundfeſte** *p. 336.* Sintemahln/inquit, bey dergleichen Begebenheit/ und wann ein Keyſer etwan von ſeinen alſo confœderirten üm Hülffe erſucht/und dieſelbe von ihm geleiſtet werden ſolte / gar leichtlich das gantze Reiche möchte impliciret/ auch ein Stand nach dem andern in Harniſch gejagt / und in unüberwindlichen Schaden geſetzt werden/bevorab da man ſolche aus einer particular-alliance herrührende Hülffe eine **Reichs-Armee** nennen/und davor ausgeben wolte. Hoc adhuc cum Dn. Scharf *in Diſc. Inaug. de Jure fœderum c. 5.* de Civitatibus Imperialibus monendum duxi, eis ut Statibus Imp. fœderum jus vigore *alleg.* §. libere competere, atque e re illarum & Imperii eſſe, vires arctius inter ſe & cum Principibus unitas periculis Imperio imminentibus opponere, nec rei nimis intentas de mercibus magis laborare, quam Germaniæ ſalute. Certe valida Imperii noſtri propugnacula deſciſcere à corpore nunquam fuiſſent coacta, ſi potiorem Metallis habuiſſent libertatem, & initis fœderibus circumſpexiſſent in tempore, hoſtiles comprimendi impetus, quibus celerius neminem opprimi, quam nihil timendo experti, malum tandem ſuum occulte gemunt. Licet igitur, quod de Sicilia ſua loquitur Cleobulus apud Barcl. *l. 3. Argenid. c. 4.* hic repetere: *Luceant illæ Stellæ, dum meminerint, cui Soli lumen hoc debeant, nec caliginem faciant noſtro orbi.*

XIX.

Accedit, quod non ſolum contra tertium quemvis, ſed & contra ipſum Imperatorem Capitulationi ac Conſtitutionibus Imperii contravenientem fœdera Principum ſeu Ordinum Imperii juſta ſint & excuſentur, inprimis in cauſa Religionis, cum Imperator non, niſi ſalva libertate Statuum imperet, maxima vero libertas ſit, quæ pro Religione facit. Zieriz. *diſc. Apol. pro fœd. Schmalcald. Vid.* Limnæus

*lib. IV. c. 8. n. 31.* Carpz. *de L. R. G. c. 4. ſect. 6.* Hip. a Lapide *p. 1. c. 9. ſect. 1.* Burgold. *in Not. Rer. Imp. R. G. p. 3. diſc. 2. p. 1186.* Habent ſummi Principes a DEO poteſtatem paſcendi & recte judicandi ſubditos, non autem delinquendi, ſeu opprimendi.

XX.

Sed ſi ullibi in actionibus hominum bona fides neceſſaria omnium maxime in fœderibus auxiliaribus & conventionibus ejus ratio habenda eſt. Aſt, quod inter privatos amicitia, illud fœdus eſt inter Principes: nec tutò privatis amicitia, nec Principibus fœdere niti licet. Erat jam olim barbaræ gentis mos, ut dictis promiſſisque nulla ipſi fides eſſet, niſi quatenus expediret. *Iuſt. l. 41. c. 3.* nec minus proculcatæ fidei argumentum præferebat illud Mariæ Scotiæ Reginæ ad congregatos Scotiæ fœderatos, ne promiſſa regia redderentur irrita ſubmonentes: Promiſſorum fidem a Principibus exigendam, quatenus præſtare ipſis eam expediat. Buchanan. *Hiſt. Scot. l. 16. f. 192.* Unde deteſtabiles reputantur Turcæ, quod fœdera non fide, ſed ſola utilitate metiantur. Nec etiam in ſummo periculo & infortunio confœderati relinquendi, nec a pactione ſemel inita una pars altera invita recedere poteſt; ſed quisque fœderatorum cum alio aliquid incommodi ferat, neceſſe eſt, ſi aliter majus malum vitare velit. Carpz. *de L. R G. cap. 6. Sect. 2. n. 16. 17.* Quoties enim illi, qui fœdere conjuncti ſunt, ſeceſſionem faciunt & ſe diſſipari patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant, idque pertinet tam ad principes, quam ad civitates. Cominæus *l. 2. Comment.* Hinc SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS ELECTOR BRANDENBURGICUS, FRIDERICUS WILHELMUS, DOMINUS MEUS LONGE CLEMENTISSIMUS, graviter exprobrat F. Belgis, quod pactionem cum Rege Galliarum d pace Neomagi feciſſent ſolenniſſime contra eam protetestando in Schreiben an die Hn. General Staaden von *15. Auguſti 1678.* Wolgaſt. ibi: Wer hätte wohl glauben ſollen/

len/daß eine Republique,welche aus Liebe zur Freyheit entſproſ- ſen/ und durch Beſtändigkeit/ Treu und Glauben / als ihr ein- tziges und beſtes fundament bishero erhalten worden / ihre ge- treue Alliirten, welche eintzig und allein ihrenthalben die Waf- fen ergriffen/und ſie von ihrem gäntzlichen Untergange errettet haben/wieder den klaren Inhalt der Alliance, wieder ſo theuer gethanes Verſprechen / wieder die natürliche obligation, die Danckbarkeit und Gegen Vergeltung verlaſſen / und nicht al- lein ohne und wieder dieſelbe einen Particular-Frieden ſchlieſ- ſen/ ſondern ſich darinnen verbinden wollen / denen keine Hülffe oder aſſiſtence,welche ſie ihnen doch ex fœderibus ſchuldig ſeyn/ zu leiſten: Daß man die Cron Schweden/ welche dem Staat ſo viel tort und Schaden zugefüget/ in ſolchen Frieden mit einſchlieſſen laſſen/ und hingegen Uns / die Wir Gut und Blut für dem Staat aufgeſetzet/vorbeygegangen/daß ein ſolcher Frie- de/mit einer ſo unerhörten Præcipitance geſchloſſen worden/ daß man auch die Nacht / welche doch die Natur zu ruhen vergön- net/darzu emploiret 2c.2c. Weil aber alles Unglükk/ ſo Uns bevorſtehen möchte / bloß und allein von wegen des Staats und aus ſolchen Particular-Frieden herrühret; So können E. H. Mög. uns nicht verdenken/ das wir darwieder vor Gott und der Welt aufs allerfeyrlichſte proteſtiren/und uns daraus ent- ſtehende Befugniſſe kräfftigſt reſerviren / zugleich auch noch auf die Erfüllung deſſen/worzu E. H. Mögenden vermöge der mit uns aufgerichteten Alliance verbunden ſeyn/ dringen 2c.2c.

XXI.

In omnibus autem fœderibus Imperator plerumque expreſſis verbis excipitur & excipiendus eſt. *§. fin. 2. F. 55.* prout factum in fœdere Rhenano. *vid. Auct.* **der Grundfe- ſte** *p. 336.* & jam olim in fœdere Civitatum Imperii contra Principes ſub Imp. Wenceslao A. 1381. inito *vid.* Lehmann. *Chron. Spir. l. 7. c. 66.* alias, ſi expreſſe hoc factum non ſit, fœ- dus illicitum eſt, & ſi jam initum fuerit, Imperator illud an- nullare iterum poteſt, *A. B. t. 15.* Limn. *l. 2. c. 8. n. 20.* & Status abinde dehortari, ſi periculum ex eo immineat.

Magna

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0023-4

XXII.

Magna etiam opus eſt cautione in confœderationibus pangendis, inprimis, ſi una pars præpotentior eſt altera. Obſtrictus tunc eſt infirmior, ut Majeſtatem alterius comiter conſervet, *ut loquitur JCtus Proculus l. 7. π. de capt. & poſtl. revers.* h. e. operam dare debet, ut ſuperioris imperium in tuto ſit, & dignitas ei ſemper conſtet. *Grot. de J. B. l. 3. 21.* vid. Bodin. *l. 5. de Rep. c. 6.* ubi oſtendit, ex fœdere inæquali plerumque Imperium enaſci ſolere. Verum eſt, *dicit Grot. c. l.* accidere plerumque, ut qui ſuperior eſt in fœdere, ſi is potentia multum antecellat, paulatim Imperium proprie dictum uſurpet. Novit Germania adhuc, quid olim fœdera cum Exteris icta boni malive ſecum traxerint, cum adjutores illi belli ſucceſſibus aucti poſtea ſeſe pro rerum arbitris gererent, optimasque Germaniæ provincias extorquerent. Id quod apud Romanos inter artes regnandi fuit, magnamque iis potentiæ acceſſionem attulit, dum ſub prætextu ſocietatis & amicitiæ cum vicinis pactæ potentiam ſuam ita augerent, ut amicorum ſociorumque res arbitrio ſuo moderarentur. Unde Cicero *l. 3. de Rep.* noſter Populus ſociis defendendis terrarum jam omnium potitus eſt. *Vid. Diſſert.* Dn. Præſidis *de auxilio potentiorum.*

XXIII.

Conſiderandus quoque venit modus, qua ratione copiæ auxiliares exhibeantur, & quidem debet fieri pro rata facultatum; Et veluti Romani rem explicabant ſecundum æs & libram, ſic uti in contractibus, & legis actionibus, h. e. ſine reſpectu ad dignitatem perſonarum, ſed ad qualitatem fundorum & aliarum rerum cenſibilium *l. 4. π. de cenſ.* ita, ut qui plura bona cenſibilia poſſidet, is plus conferat collectarum. *Magnificus* Dn. Schilter *Manud. Phil. Mor. c. 8. §. 39.* Sed cum plerumque DD. hac in re deſignanda utantur vocabulis Proportionis Arithmeticæ & Geometricæ & hinc inter ſe non conveniunt, miſſis his vocabulis (Ariſtoteles enim ex matheſi has proportiones deſumſit, &

illu-

illuſtrationis tantum cauſa in moralibus adhibuit,) diximus, quod *proportio differentialis* adhiberi debeat, ut nimirum quilibet Statuum ratam partem ad ſubſidia conferat, juxta ratam proportionem, quam ipſe reſpectu regionum ſuarum jam habet ad totum Imperium, cui ſubſidia debent mitti. D. Præſes *in tr. d. Conventib. Circul. cap. 13.*

XXIV.

Inæqualitas, quando unus plus, quam alter gravatur, eſt diſcordiæ inductiva, conſervativa & nutritiva. Unde ſæpe conqueſti ſtatus de inæqualitate Matriculæ & rogarunt, ut juxta varietatem temporis & facultatum mutetur, R. A. zu Cölln *de A. 1512.* §. und ſoll ſolche Hülff. *de A. 1524.* §. *item* wiewohl *& ſeqq. de A. 1529.* §. und wiewohl. *de A. 1541.* §. und wiewohl wir ihre Bitte *de A. 1542.* zu Regenſp. §. und wiewohl wir ihre Bitte *de A. 1542.* zu Speyer §. nachdem aber der ungleichen Anſchläg. *de A. 1548.* §. und demnach ibi: wo ein Stand nach vorigen beſchehenen Anſchlag von etzlichen ſeinen Landen und Leuthen kommen/ daß er billig in Anſchlag ſolt geringert werden. Inter omnes vero matriculas præſtat illa, quæ Wormatiæ A. 1521. Statuum conſenſu facta. R. A. zu Augſp. *de A. 1551.* §. nachdem auch auf angeſetzten. *de Anno 1576.* zu Regenſpurg. §. wann auch zu Franckfurt. R. Abſch. de An. 1594. §. Wann auch bey voriger Tractation. *Vid.* Exercit. de Matricula *D. Mauritii.* Interim tamen hæc ipſa pro imperfecta habetur, *cum in Comitiis Auguſtanis Status A. 1545. magnum numerum eximendorum Cæſari obtulerunt. Unde etiam evenit, ut in controverſiis de civitatum aliorumque Statuum libertate ad Imperii matriculam fiat quidem reflexio, ita tamen, ut actus ſummi Imperii quoad territorium reſpiciantur, ſintne exerciti, nec ne.* Notandum inſuper, iſtos, quorũ regiones auctæ ſunt, nõ adeo urgere certam matriculam, ſed potius libero cujusvis Status beneplacito collectarũ ſolutionem relinquendam eſſe contendunt. *Quantacunque etiam cura adhibeatur, nunquam tamen querelæ, nunquam incertitudo & varietas, eaque non adeo emendanda ceſſabit, quoadusq; non ceſſat ille per Expeditionem contribuendi modus. Magnif.* Dn. Lyncker *diſſ. de Commiſſario Imper. ad negot.*

*got. Status §. 11.* Traxit autem originem iſte modus à comitatu, qui Romanorum Regi Romam pro conſequenda corona Imperii Rom. eunti præſtandus erat & vulgo vocabatur der Römerzug. *Conſtitutus is erat ad viginti mille peditũ & quatuor mille equitum ad ſex menſes & unicuiq; Statui Imperii juxta conditionem ſuorum bonorum certus numerus peditum & equitum definitus, quem mittere tenebatur, aut pro uno quoque equite 12. florenos & pro ſingulo peditum 4. florenos. Verum hodie cum ſit rarior uſus hujus Expeditionis Romanæ, nomen quidem retinetur ſed res ferè ad alium uſum pro neceſſitate Imperii transfertur. Vid.* Joachim. Cluten. *Mantiſs. ad Freher. comment. de Exped. Rom.* Si quis deſiderat Matriculam, adeat Limn. *T. 2. L. 4. c. 4.* ubi exponit matriculam. Anſchlag des Reichs nach dem Anſchlag des Römerzugs zu Worms gemacht A. 1551. folget den Simpel-Anſchlag des Römerzugs/welcher angeſchlagen iſt auf 4000 zu Roß und 20000 zu Fuß. Die Türckenhülffe iſt doppelt geleiſtet A. 1532. thut 8000 zu Roß und 40000 zu Fuß. Die eilende Türckenhülffe auf den Reichstag zu Regenſp. A. 1541. bewilliget/iſt geweſen der halbe Anſchlag des Römerzugs nemlich 2000 zu Roß und 10000 zu Fuß. Indictio der Anſchlag vocatur ſumma contributionum in comitiis placitura. R. A. zu Cölln de A. 1512. §. wo aber der Handel. Non incongrue hic Q. unde incertitudo Matricularum originem traxerit? Olim Matriculam denotabant libelli, in quibus Cæſareo fiſco penſitantes notabantur *l. 3. matriculam C. de agent.* Hodie vocatur Matricula *catalogus Imperii Indictionum.* Jam verò ex veterum monumentis certum eſt, ſub Imperio Francorum non fuiſſe certum Statuum numerum, penes quos duntaxat jus comitia adeundi conſtitutum fuiſſet; Minores enim illi, ut ab *Hincmaro* appellantur ac præter Seniores, qui Reges ac Principes erant, ad Imperii conventus celebrandos aderant ex urbibus pagisque deputati, Richter / Schultheißen / Rathsherren. *vid.* Lehmann. *Chr. Sp l. 2. c. 37.* Accedit huc, quod Imperatores tali incertitudini fortaſſis ipſimet cauſam dederint, cum creſcentem Principum atque Epiſcoporum potentiam diminuere ita voluerunt, unde plurimis civitatibus

reddita

reddita libertas, quas antea Reges Imperio ſubjecerant, exemptique à ſecularibus ad Imperii ſubjectionem immediate traducti. Sic Fridericus I. Auſtriæ Marchionatum Bavariæ Duci ſubjectum in liberum Ducatum abolito clientelæ jure evexit, ut infringeret Bavari potentiam. Lehmann *Chron. Sp. l. 5. c. 63.* Conring. *de Fin. Imp. c. 17.* Præter hæc labentibus poſtea Imperii rebus paucis publica curæ erant, unde ad privata negotia delapſi plures publica aliis remiſerunt. Hinc incertus ad comitia adeuntium numerus & contribuendi modus, neque inter potentiores defuerunt, qui alios excluſerunt, cum quilibet in rem ſuam augendam intentus ex aliorum excluſione atque inter Status Provinciales redactione inque ærarium illorum contributione non leve opibus incrementum ſe acquiſiturum autumavit.

XXV.

Nullum etiam ab hiſce Collectis Imperii ſe exempturos Cæſar & Proceres Imperii in Comitiis decreverunt **R. A.** de A. 1521. §. item **haben wir uns weiter.** Hinc Principes & Status A. 1658. ad capitul. Leopold. art. 14. ſeptimo loco monuerunt, daß kein Stand / welcher ſeſſionem & votum auf Reichs-conventen hat / von denen **Reichs-hülffen** und Anlagen / unter was Vorwand ſolches geſchehen möge / Befreyungsweiſe zu eximiren / noch von den Röm. Keyſer ſelbſt dergleichen Exemption zu ertheilen / ſondern ieder Stand zu Leiſtung ſeiner Schuldigkeit durch behörige Mittel angeſtrengt / auch ſo lang er ſolche **Reichs-hülffe** und Anlage nicht præſtirt / zur Seſſion und voto nicht admittiret / über das auch wieder ſolche contumaces vermöge der Execucions-Ordnung verfahren werden ſolle. vid. Auct. der Grundfeſte p. 3. p. 228. Spreng. *Inſt. J. P. l. 1. c. 28.*

XXVI.

Vidimus hactenus copias auxiliares earumque Ducem, reliquum eſt, ut illis etiam de neceſſariis vitæ proſpiciamus, ad quæ potiſſimum ſpectant Stipendium atque Annona, quippe, *ut Imp. Juſtin. in Nov. 161. c. 2. ait,* non aliter conſervare licet Remp. niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum, ex quibus militares nutriantur copiæ. Vbi enim commeatus inopia ibi miles in ſinu habet alterum hoſtem, qui plus damni infert, quam armatus. *Mars Germ perp. l. 1. c. 18.* & ſæpius penuria, quam pugna conſumit Exercitum. Vegetius *l. 3. c. 3.* Igitur Stipendia atque commeatus tam officiariis, quam gregariis militibus conſtituuntur a Statibus **R. A. zu Augſp.** *de A. 1530.* §. **Fürter haben ſich** *ſqq.* **zu Speyer.** *de A. 1544.* § **und wiewohl.** Interdum etiam ſimul ab Imperatore **R. A. zu Worms** *de A. 1521.* §. *item* **haben wir uns mit ihnen. R. A. zu Augſp.** *de A. 1566.* §. **und haben wir hiebevor.** Ad quem inprimis pertinet frumentum & alia, quæ bello uſui ſunt, comportandi habere curam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0027-5

ram. R.A. zu Augſp. *de A. 1532.* §. und nachdem. ibi: Zu Unterhaltung obgemeldten Kriegsvolks der Proviant halben ſtattliche Verſehung zu thun / daran kein Mangel erſcheine. R.A. zu Speyer *de An. 1542.* §. wir ſollen und wollen auch, ibi: die gnädige und gute Ordnung machen / daß dem gantzen Heer an nothdürfftigen Proviant gute Fürſehung geſchehe. & §. ſeq. Cibariorum impenſæ, *ait Cajus JCtus*, naturali ratione ad eum pertinent, qui utendum accepit. *l. 18. §. 2. π. Commod.*

XXVII.

Bellum deniq; quod publico nomine & ex comitiali conſenſu fuit inceptum, pace quoq; publico nomine atque comitiali conſenſu ſancita debet finiri, ita, ut quos hoſtes pronunciarunt, pariter quoq; amicos faciant. Debet igitur Imperator pacem non aliter facere, quam comitiali liberoq; omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu. *Inſtr. Pac. Art. 8. §. gaudeant.* Particulares enim tractatus plerumq; efficiunt, ut non ſolum corpus unitum infirmetur & diſſolvatur, ſed etiam ſinguli facilius deprimantur, & quod ſumma rei eſt, quoniam tantæ non ſint potentiæ, ut violentiam fœderum prohibere vel vindicare queant, quod eadem facile vel intereant, vel etiam violentur. *Nec ſolummodo Status immediati poſſunt ad pacem ſtabiliendam concurrere, ſed & mediati, id quod uſu probatum, cum Pax VVeſtphalica coaleſceret. Sed cur non etiam in Neomagenſi Pacificatione hoc obſervatum ſit, ubi non modo Principes & Status non ſunt admiſſi, ſed ne immediati quidem & ArchiPrincipes cum Proteſtationibus auditi ſunt, aliis judicandum relinquo.* Et hæc ſunt, LECTOR BENEVOLE, quæ pro tenuitate ingenuii mei hic diſſerere volui. Fateor equidem ingenue excellentiſſimæ hujus materiæ ampliorem eſſe tractationem, quam quæ paucis hiſcę pagellis exacte poſſit circumſcribi, attamen ab Exercitii Academici ſcopo, ad quem unice hæc collimant, me non adeo procul aberraſſe confido. Primo jam ingreſſus ſum Juris Publici fundum, hinc exiguas primæ velut meſſis tibi conſecro primitias, quales aliorum multarumque æſtatum promanarunt horręa. Intęrim hæc pro inſtituto jam ſufficiant.

Δ. T. Θ.

QK IIk 1932

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0028-1

B. n. II, 118.
h. 27,7.
II k 1932
22

# AVX … IBVS
## STA … ERII,

DN. PE … RO, JCto,
CONS … T. PVBL.

M … L. SAX.

de C… n Imperii. Vol. … IX. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8212-p0029-1